Quod ad ordinem nominum et substantivorum et adjectivorum attinet, sequantur synonyma, quae ad sint, cum tota sua gente, ita ut in dithyrambis agmen ducant divina, nobiliora, meliora, medium teneant media, gregem claudant inferiora, deteriora; vel praecedant, quae sunt corporis, sequantur quae ad animum spectant, deinde metaphorice dicta, denique nude posita nullaque virtute distincta. Affinitatis legem, quantum potui, religiose colui observavique. Accedit praeter explicationes meas vulgatis diversas et conjecturas nonnullas; cum paucis vocum aliquot tragicarum, quas ex fragmentis Tragicorum, quae hodie leguntur et ex Lexicographis veteribus erui, in Lexicis recentioribus non commemoratarum. Brevitatis et parsimoniae studiosus nomina substant. et adject. si sapius scribenda erant, ubi fieri potuit, ex contextu semel plene dedi, in sequentibus initiali litera significasse satis habui. Longas et anceps syllabas signavi. Quidquid notatu dignum mihi visum, aut iteratur, aut ἅπαξ λεγόμενον et rarius aut constructionis causa eminet, lineola infra tractatum est notatum, oculos lectoris ut in se convertat eosque moretur. Verbosa scholia aut contraxi, aut idem quae recognovit olus omisi, saniora praetuli, breviorque. Duces secutus sum Wellauerum, Wunderum, Matthiaeum, praeter Stanej. Schütz. Brunck. Erfurdt. Barnes† Haec fere sunt, quae nostro a Lexico tuo jure expectes. Vale nostrique favore instituto. Servest. IX Id. August. MDCCXXVIII.

† quos consului.

M. Godofr. Fahse,
gymnasii Director.

188 348

Λέξεων Τραγικῶν

instituit, collegit, in ordinem redegit

M. Godofred. Fahse.

Lexicon, quod in Tragicos emisimus tum graecum, omnes fere, quae hodie in triumviris illis, Aeschylo, Sophocle, Euripide leguntur, continet voces vel minores quas dicunt orationis partes; phrases, gnomas, similia, proverbia, nomina propria, constructionis modos; additis uniuscujusque vocis, quae est explicanda, potestate et vi verbis graecis exposita, vel ex scholiis in Tragicos glossisque antiquis repetita, vel auctoritate Lexicographorum veterum, Eustathii, Hesychii, Suidae, Manorini, Pollucis, Photii, Etymologicorum, Zonaae, Ammonii, Timaei, Moeridis Atticistae, Harpocrationis, Phrynichi, Pherecydis nixa, vel denique ex scholiis in Pindarum, Aristophanem, Platonem, Lycophronem hausta digestaque. Maturesci autem tempus, immo instat, quo illud: „Ut quis maxime linguam quamque illa ipsa explicaverit, ita optime tirones in ea perdiscendae proficient„ sequatur. Hodierna enim tempora sunt alia, neque illud: „Graeca non leguntur, hodie locum habent, quam alia et jam interpretandi ratio in scholiis efflorescat oportet.